

1.

HIC LIBBER EST MEI
Francisci Mainardi Ferrariensis 1790

*Purchased at Rodd's sale
Feb 1850
(Lot 574)*

1v.

IC. XC.

Pontifici da, Christe, tuo quę posco Leoni:
Apta illi et populis commoda posco tuis.
Ecclesiam regat ille tuam moderamine tanto
Non possum melius dicat ut ipsa regi.
Commissisque sibi gregibus sic pr̄esit, hiantes (5)
Vt procul a caulis cogat abesse lupos.
Illo autore feri tollantur pr̄elia Martis
Et iam pacis amor pectora fida liget.
Illius auspicijs uicti domitique prophani
Sub leges nostrę religionis eant. (10)
Illo iter in cęlum post hęc monstrante fideles
Dimissis terris regna beata petant.
Talia si dederis, non soli, Christe, Leoni,
Sed cunctis sequimur qui tua signa dabis.
Est commune bonum quicquid conceditur uni: (15)
Omnes membra sumus, omnibus ille caput.

*Pro sanctissimo patre Leone
decimo Pont. max. M. Maruli
oratio*